lib

Jud 16,17

Si rasum fuerit caput meum. recedet
a me fortitudo mea et deficiam. ero
que ut ceteri homines. Videns illa quod
confessus ei esset omnem animum suum.
misit ad principes philistinorum atque
mandavit. Ascendite adhuc semel:
quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui
ascenderunt. assumta pecunia quam
promiserant. At illa dormire eum fecit
super genua sua. et in sinu suo reclina
re caput. Vocavitque tonsorem et ra
sit septem crines eius. et coepit abicere
eum et a se repellere. Statim enim
ab eo fortitudo discessit. dixitque. Phi
listhiim super te samson. Qui de som
no consurgens. dixit in animo suo.
Egrediar sic et ante feci et me excu
tiam. nesciens quod dominus recessisset ab eo.
Quem cum apprehendissent philisthiim.
statim eruerunt oculos eius. Et dux
erunt gazam vinctum catenis. et clau
sum in carcere molere fecerunt.
Iamque capilli eius renasci coeperant.
et principes philistinorum convenerunt
in unum. Ut immolarent hostias
magnificas dagon deo suo. et epula
rentur. dicentes. Tradidit deus noster
inimicum nostrum samson in manus
nostras. Quod etiam populus videns. lau
dabat deum suum. eademque dicebat.
Tradidit deus noster in manus nostras
adversarium. qui delevit terram nostram.
et occidit plurimos. Laetantesque
per convivia. sumtis epulis praeceperunt
ut vocaretur samson. et ante eos

luderet. Qui adductus de carcere.
ludebat ante eos. Feceruntque eum sta
re inter duas columnas. Qui dixit
puero regenti gressus suos. dimitte
me ut tangam columnas quibus om
nis imminet domus. Ut recliner super
eas. et paululum requiescam. Domus
autem plena erat virorum ac mulierum.
et erant ibi omnes principes philistinorum.
Ac de tecto et solario circiter tria milia
utriusque sexus. spectabant ludentem
samson. At ille invocato domino ait.
Domine deus memento mei. redde nunc mihi
pristinam fortitudinem deus meus. ut ul
ciscar me de hostibus meis. Et pro amis
sione duorum luminum. unam ultionem
recipiam. Et apprehendens ambas
columnas. quibus innitebatur do
mus. Alteramque earum dextera. et al
teram leva tenens. ait. Moriatur
anima mea cum philisthiim. Concus
sisque fortiter columnis. cecidit domus
super omnes principes et ceteram mul
titudinem quae ibi erat. Multoque plu
res interfecit moriens. quam ante
vivus occiderat. Descendentes autem fra
tres eius et universa cognatio. tu
lerunt corpus eius et sepelierunt in
ter saraa et esthaol in sepulchro
patris manoe. Iudicavitque israel
viginti annis.
Fuit eo tempore vir quidam de mon
te ephraim. nomine michas. Qui
dixit matri suae. mille centum argen
teos quos separaveras tibi. et sur

Jud 17,2

Clm 29222